Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Dico enim vobis quia ex
hoc non manducabo
illud donec impleat
in regno dei Et accepto
calice: gratias egit et dixe
it. Accipite et dividite
inter vos. Dico enim vo
bis quod non bibam de ge
neratione vitis donec
regnum dei veniat Et ac
cepto pane gratias egit
ac fregit et dedit eis di
cens hoc est corpus meum
quod pro vobis datur hoc fac
te in meam commemoracionem
Simili et calice post
quam cenavit dicens. Hic
est calix novum testamentum
in meo sanguine qui pro
vobis effundetur Verum
tamen ecce manus tradentis
me mecum est in mensa Et
quidem filius hominis se
cundum quod diffinitum est va
dit verumtamen vae il
li homini per quem tradetur Et
ipsi coperunt querere inter
se quis esset ex eis qui
hoc facturus esset. Facta
est autem et contencio inter
discipulos ihu quis eorum
esset videtur maior. Dixit
autem eis. Reges gentium
dominantur eorum et qui pote
statem habent super eos bene
fici vocantur. Vos autem
non sic sed qui maior est
in vobis fiat sicut minor
et qui precessor est fiat sic
ministrator. Nam quis
maior est qui recumbit
an qui ministrat. Nonne
qui recubit Ego autem in
medio vestrum sum sicut qui
ministrat Vos autem Estis
qui permansistis mecum
in temptacionibus meis
et ego dispono vobis
sicut disposuit michi
pater meus regnum ut
edatis et bibatis super
mensam meam in regno
meo et sedeatis super th
ronos iudicantes duo
decim tribus israhel Ait
autem dominus symon. Sy